



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 813. Usque Ad Annum 859

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1760**

**VD18 90117867**

§. 17. Luper Abbas Ferrariensis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66103](#)

Sæculum IX. disse; Sedes vero Remensis demum an.  
A. C. 844. no sequente vacare desit.

*Anast.*  
*Ann. Bert.*  
844.

Ludovico Rege Romæ adhucdum commorante Siconulfus Beneventanorum Princeps cum magno exercitu Romanam venit, seque Regi submisit. Unde totus illius Ducatus populus sub Siconulfi signis conjunctus facilius Saracenos expulit.

### §. XVII.

#### *Lupus Abbas Ferrarensis.*

Sub idem tempus Rex Carolus obsidebat Tolosam occupatam a Guilielmo Bernardi filio, qui pro Pipino Caroli nepote Pipini Regis Aquitaniæ filio pugnabat. Cum vero Pipini agmina Francia copias subsidiarias, quæ ad Regem Tolosanæ civitatis mœnia oppugnantem inter faciebant, obvias habuissent, structis insidiis in imparatas irruunt, & foede mulctant. Duces vel occisi vel capti, ceteri pedibus salutem quæsierunt. Inter mortuos recensebantur duo Principes Regio sanguine orti, scilicet Hugo Presbyter Abbas ad S. Quintinum & ad S. Bertinum, Caroli Magni filius, Regum patruus, & Riboto Abbas Centulensis Caroli Magni ex filia nepos. Ebroinus autem Episcopus Pictaviensis & Archicapellanus Regis Caroli, Ragenarius Episcopus Ambianensis, & Lupus Abbas Fer-

Ferrariensis in hoc prælio capti. Inde <sup>Sæculum IX.</sup>  
liquet, Presbyteros, imo & Episcopos O- <sup>A. C. 844.</sup>  
ptimatum laicorum more militasse. Ad <sup>Ann. Fuld.</sup>  
id ipsum vero teneri ob possessionem Feu- <sup>844.</sup>  
dorum suorum credebantur.

Ceterum hoc prærium anno octin-  
gentesimo quadragesimo quarto septima  
die Junii initum est.

Lupus haud pridem regimen Mona- <sup>Balaz. not.</sup>  
sterii Ferrariensis in Vastiniensi territo. <sup>in Lup. init.</sup>  
rio alio nomine *Bethlebem* dicti & S. Pe-  
tro dedicati in se susceperat, qui ex pri-  
mis illius Regionis stirpibus natus credi-  
tur. A pueru literarum studiis imbutus  
vitam Monasticam in illa Domo sub Al-  
drici Abbatis, postea Archiepiscopi Se-  
nonensis, disciplina amplexus est. Dia-  
conum ordinatum Aldricus misit in Ger-  
maniam, ut Fulda, Abbe Rabano Ma-  
gistro, tunc celeberrimo in Doctrina sa-  
cra & profana perficeretur. Lupus  
scientiarum laude brevi inclaruit & plu-  
rimos sibi amicos conciliavit, cumque  
tam virtutis ejus quam doctrinæ maxima  
esset existimatio, in conspectum Ludo-  
vici pii & Judithæ Imperatricis perdu-  
ctus, perbenigne exceptus est. Anno  
sequente ab Imperatrice vocatus ad Re-  
giam cum amicis augurabatur, brevi se  
ad altiores dignatum, & honorum gra-  
dus evehendum. Nec in totum spes fe-  
felli, nam Ludovico Imperatore fatis  
*Hist. Eccles. Tom. XI.*      *Ce*      fun-

*Epist. 6.*

**Sæculum IX.** functo, Odonem Abbatem Ferrariensem  
**A. C. 844.** magnorum criminum reatu inquinatum  
iratus Rex Carolus Abbatia privavit  
eamque Lupo jam Presbytero contulit  
Is igitur a Monachis vigesima secunda  
Novembris anno octingentesimo qua-  
dragesimo quarto electus, & die sequen-  
te a Rege confirmatus. In illa vero  
*ep. 21. & 42.* Congregatione Monachi septuaginta duo  
numerabantur.

### §. XVIII.

#### *Capitulare Tolosanum.*

**to. 7. Conc. p.** **R**ex Carolus Tolosa ad ditionem com-  
1780. **to. 2.** pulsa Libellos Presbyterorum illius  
**Capit. p. 22.** Regionis contra suos Episcopos accepit,  
& dum convocari posset Concilium, in-  
terim remedium attulit edito Capitula-  
ri, novem articulos complectente, &  
mense Junio anno octingentesimo qua-  
dragesimo quarto dato. In articulo pri-  
mo Rex prohibet Episcopis, ne ægre fe-  
rant, quod Presbyteri ad se rem detu-  
lissent. Tum illa mensura frumenti, vi-  
ni, & aliarum rerum, quæ præscribitur,  
contenti esse jubentur. Presbyteri has  
præstationes ultra quinque millaria de-  
ferre non teneantur, eosque Episcopo-  
rum famuli propterea vexare non au-  
ceant. Episcopi Diœceses suas circum-  
euntes diversentur in tali loco, quo Pa-  
rochi vicini commode convenire possint.  
Paro-